

cis arbitrium moderandum habito ad emendam pecuniariam A respectu ponatur. Et pro sexta vice, labium superius, & pro septima labium inferius cum ferro calido scindatur, taliter quod dentes eorum apparentes ab omnibus videantur. Et pro octava vice, quod lingua totum sibi praecindatur. Nicol. Boerius Burdeg. Praefes, de clif. 301.

Audite nunc exemplum memorabile, quod propter rei atrocitatem per totum regnum fama vulgavit. Quidam ad turpem concubinatum Indam feminam pellexerat, quam cum aliquando ad insultum thorum vi, minisque compulisset, proveda nocte caelum tonitru concuti, tremiscere terra, densaque inter tenebras micare ignes, & per fenestram rimas effundi, ut ferirent oculos, animoque adulterorum. Cadit interea scissis nubibus largifluus imber cum grandi grandine crepitante super teetum. Hic mulier subito pavore correpta: Virgo, inquit, Maria, ser opem, tue me, obsecro. At vir ferax, & impius mediam complexus tace, sis fluita, scilicet auxilium nullum ferre potest Maria, abscedit extremam vocem fulmen subitum, quod intonuit, & adhuc loquentem avellit ab amplexu mulierculae, & quatuorque, aut quinque passus eiecit extra lectum, & flamma corripit arida nutrimenta, surgit mulier perterrita, miserum inclamat, excitat, percillit: nempe metu exanimatum, non exanimem putabat. Trahit digitos pedum, B corrumpit pedes ipsi, divelluntur, conantem domo egredi, & mortuum extrahere, impediabat ignis introrsum repellens. Ad extremum vociferata horrendum, concivit vicinos, & agrè protracto informi cadavere, reperiunt hominem, mirum dictu, hiantes ora, sine ullis dentibus, sine lingua, omnia praetera membra ita soluta, & fluxa, ut vel leviter conrecta manum sequerentur. Hic finis impuri, impudicique hominis fuit: at mulier alieno malo coacta, quamquam extra periculum, non extra metum, cum undequadragesima milia passuum confecisset, ad Religiosorum Societatis Jesu templum se contulit meliori vitae institutendae. Jon. Bonif. lib. 5. bish. Virgin. cap. 2.

Require sub membro de Imaginibus Deiparae, exemplum 8, & 9.

Atqui in Brabantia, & vindicem se, non beneficam solum Virgo benedicta offendit. Diethemii civis erat (nomen consilio non prodimus) qui uxorem suam, alicuique foeminas illud abe identidem, ut foeminas, quae ad hanc imaginuculam, aut pupam irent, & quae solent isti talium contemptores. Ad Divam convicia venerunt: ab ea supplicium, C ad remedium dicam; nam utrumque fuit, & hoc ab eo fluxit. Statim ille, sine causa alia, claudis effectus, in internis doloribus etiam afflictus, denique lecto adfixus. Quid ais homo? numen agnoscit? Agnoscit, ad Divam se vertit, serio penitens pacem, veniamque, tum & sanitatem appreccatur. Voverat Asperum Collem ire, & ivit. Obenignitas! sanitatem corporis statim recepit: an non & animi? putamus.

Eventus, evenit hoc, audi impia turba, profanas Quae salibus gaudes divina illudere facta. Est numen, quod cuncta oculis haec arbitrat. Est quoque, cum panis: si non, in tempore fiet, Credite, cum fuerint vitalia lumina adempta. Just. Lips. in Virg. Aspicolle.

VIOLATORES AEDIS LAURETANAE PUNITI.

Ceterum aucta Lauretana Aedis celebritate, eam januis au- D geri oportuit. Una tum erat janua in medio ferè pariete, qui vergit ad Septentrionem: haec ingrediebantur omnibus, & egrediebantur aditus erat pariter, exitusque. Itaque in tanta advenatum multitudinem, concursuque, alius, ut sit, alios prementibus, nonnulli (quia recessum primis ultimi non dabant) coarctati, oppresseque exanimabantur. Proinde (quod jam pridem & à multis operatum, & à Leone Decimo in forma exteriorum ornamentis destinatum fuerat) perviam fieri Cellam placuit, binis ad angulos duorum parietum januis patefactis. Ut primum architecti consilium distulit rumor, enimvero ne- tas videti, non magis accolis, quam peregrinis, eos parietes ferro temerari, quos per tot aetates divina providentia salvos, intactosque servasset. Multi palam fremere, quisquis id aude- ret, haud impune scilicet ausurum. Igitur caelestis ira auctores ab impune scilicet ausurum. Igitur caelestis ira auctores ab impune scilicet ausurum. Igitur caelestis ira auctores ab impune scilicet ausurum.

Quippe Nerucio ipsi Architecto rem aggredienti quiddam accidit visu dictaque mirabile. Fabrilis talis ministerium detre- E dantibus ipsemet sacrum parietem perfodere aggressus est, majore artis fiducia, quam reverentia loci. Ergo ut malleum in sacrum parietem adegit, repente mani obortepescente, insolitus horror reliquum corpus invasit: pallor deinde suffusus orii ingentis mali nuntius: mox linquentes animo, qui circa erant, collabentem excipiunt, domumque inter manus deferunt expiranti similem, & sensus omnis expertem. Exanimatus jacuit horas ferme octo, quoad scilicet ejus conjux mulier pia, & B. Maria Lauretana dedita, in paucis Deum, Deiparamque precibus, votisque placuit viro. Tandem igitur vitalis calor, qui totum propemodum corpus reliquerat, artubus reddi, & spiritus liberius meare coepit. Jamque alle- vans Nerucius oculos, redeunte sensim animo, circumstantes noscitur. Demum jam compos mentis audaciam incusa- re suam: veniam, opemque à B. Maria exposcere. Nec frustra. Animus religione exsolutus, pariter corpus aggritudine levavit, ut morbi causam ipsamet curatio aperiret. Postquam convalescit. Pontificem tota de re admonitum, quid factu opus sit, consult. Ille aut ignarus id nimia Archiepiscopi confidentia magis, quam indignatione B. Virginis evenisse, miscens monitis imperia, urget Nerucium, ut Dei Vicario auctore non dubitaret exequatur inceptum: & simul impense monet, ut sacros parietes perfodiat, non tam malleo, F & audacia, quam junio, & veneratione Virginis armatus: sic demum rem ex sententia successuram. Neque enim timendum esse, ne Deipara Virgo suam domum perviam fieri nolle, quae eam peregrinis vellet cum salute, non modo fieri pernicie patere. At Nerucium recentis malo, ex audacia timidiorem jam factum, non Pontificis quidem auctoritas percellere potuit, ut iterum ipsemet experiret, quod tanto suo periculo paulò ante tentarat. Ad ultimum, quia Pontificis imperium urgebat, & mora patefacienda janus adificationem morabatur operis, inventus est addelescentis minime timidus, qui auctoritate Pontificis fretus, & plus amicum vocibus rem aggreditur. Clericus is erat Basilicae Lauretanae, Venturam Perium vocabant: hic triidano munus junio, ad sacrum parietem cum malleo venerandus acce- dit. Circa Perium erat & advenarum turba, & Clerico- rum, haec sollicita ex adolescentis fiducia, illa rei expectatione suspensa. At Perius supplex ita praefatus dicitur: Sacra Virginis Domus, igitur innocetia, non ego te hoc malleo, sed Clemens Dei Vicarius ornamentis tui avidus fodi: ille te ostendat, ille te perviam cupit. Placeat Dei parenti, quod Dei Vicario placet. Talia precatus, designatum parietis locum per- G cussit impunè. Eum deinde scitus tuto iterantem, fabri pariter junio, ac reverentia secuti, januas aperiant tres, quam duae liberum populo ingressum, egressumque praebent, tertia sacerdotibus aditum daret ad sanctiorem scellè partem, ubi est Virginis simulacrum. Horat. Turbellin. de Virg. Lauret. cap. 23. lib. 2.

LAPIS ABLATUS RESTITUITUR.

Illud insuper toto Christiano orbe celeberrimum. Joannes Soarius Conimbricensis Episcopus, vir doctrina pariter, ac pietate clarus extitit. Is anno Injus saeculi LXI. ad Tridentinum Concilium à Pio IV. indictum profectus, ex itinere divertit Lauretum sub natalem Virginis diem. Ibi suis rite precibus, votisque perfolvis ingens cum cupido incesit, adicam Lauretanam similem in suo Episcopatu condendi: ad eam rem, unum aliquem lapidem ex Lauretana auferendi domo. Verum loci Praefes, ac Patronus obstitant, interdicitum Pontificum intemacens, Itaque Soarius honestum praefrens titulum, cultus Lauretanae Virginis propagandi in Lusitanias H quod operabatur, impetrat à Pontifice, ab eoque auferi solenne diploma. Id per Franciscum Stellam assecum suum (nam ipse Tridentinum perrexit) ad Laureti destinat Praefidem: is erat Pompejus Pallanterius. Posteaquam Conimbricensis Episcopi sacerdotem, Pontifici armatum diplomate, ad subruendum augustissimum Cellae parietem venisse fama vulgavit: enimvero non Praefidis magis, & Canonici, quam oppidanis, advenisse indigna res visa, nec tam praesenti damno, quam futuro exemplo perniciosa. Proinde passim querebantur, nimirum actum esse de sacrosancta Virginis Cella: si semel initium auferendi ejus lapides fiat, brevi nullum lapidem reliquum fore. Veruntamen, quia Pontificis urgebat auctoritas: Canonici, Sacerdotesque Lauretani, re divina, ac supplicatione solemni ritu peracta, in sanctam Virginis Cellam

Cellam coeunt, imperata passuri magis, quam facturi. Cuncta A fistale ministerium obstinate detrectantibus, ipsemet Stella ferro lapidem de pariete eximit, aufertque, custodibus palam fremendibus. Breve scilicet gaudium illud Episcopo futurum, auferret sanè sacrilegii minister Deo, Deiparamque, quod utique haud ita multo post, manifesta eorumdem ista esse relatu- rum. Vaticinato fuit: Haec voces, velut è caelo, misse, audacis nominis perculere pectus: & simul anxius implevere curis. Itaque fluctuans animo quibusvis urgente Episcopi sui imperio octo dies totos Laureti, nequequam absumpsit. Neque enim co- lectem lenivit iram, qui causam ita penes se residere patere- tur. Denique ipse Kalend. Decembris dat sese in viam, haud- rum postquam libero incommodo pervenit Anconam; securus periculi iter pergens, Deum adeffe sensit suae temeritatis ultro- rem. Ex eo quippe magnis semper imbribus, fedaque tempe- state vexatus, procedere tamen, quod intenderat, perseverans, multa, magnaque adibat vite discrimina, in singula penè mo- B menta. Vix lacunis, voraginibusque terrerim: passim obsta- rent: torrentes obrui exitium minitari: equus, quo vehabatur, dentidem corruere: ipse cadens lacunis haurire: equi subinde mutati omnes inuites reddi. Tandem variis, casibus inausum iter morantibus, Decembris mense exeunte Tridentum ali- quando pervenit, maximis incommodis, periculisque defur- tus. Ibi sacrum lapidem Episcopo tradit, exponens quanti tandem sibi scilicet. At Episcopus nihilo cautior factus, cum spatio divinitus ad respiciendum dato, non didicisset alieno serio, didicid suo. In Februarii mensis exitu, sacrum lapi- dem, argentea inclusum theca transmissere parabat in Lusita- niam, cum repente ardentissima correptus febris, miserandum in modum afluere, jacturisque cepit. Ad febrim accedebat gravius, atque atrocius malum, acerbissimum inquam dor- tor, qui nullam sinebat ei capere quietis partem. Confestim Medici adhibentur, qui omnibus rebus frustra tentatis (qua morbi causa consuetudinem, morbus ipse superabat artem) severe pronuntiant, sibi non iam, non causam morbi huma- num videri. Proinde videt ipse, ne forte illud esset ab irato Deo iniectum malum. Ita parum prospere curationis even- tum videti, desperata, ejus valitudine, discesserunt. Ingens Episcopus solido incoheret anxium, utrum oculi alicui- que delicti tam atroces ab se Deus expetere penas. Ergo de- C ritatus à Medicis afluere cepit animo etiam magis, quam corpore: in seipsum intentus inquire: & Lauretani lapidis religionem animo stimulare, et precibus, gemitibusque di- vinitus placare nomen: ad Lauretana Virgine, sicam forte, violata ejus Domo lasisset, exposcere veniam: se ad omnia descendere facti facienda causa, paratum profiteri. Neq. in itinere missa preces, culpam uterumque agnoscentis, detestanti- que. Mox citatam velut missam coelo vocem sibi audire vidit, jubentis ademptum Lauretanæ Virginis faxum red- dere. At ille veritus, ne in agræ mentis vanum esset ludi- brium, simul quod lapidem ex auctoritate Pontificis habe- ret, simul quod tanto modo iam parat fraudare nollet Lusita- niam, animi, consilii,que incertus hæret. Per hac hebdom- adæ aliquot abstumpit, Stella domini sui justis, cenobitis duobus sacrum Virginum civitatis Tridentinae sanctimonia inclivis, Episcopi periclitanti saltem impensis commendat. Bido interese, unum ex utraqueq. cenobii Primoribus responsum tulit: si salus esse vellet Episcopus, Laureta- ni Virgini redderet, quod abstulisset. Ea vox, ut ad aures ac- cidit Stella, animum quoque ejus parumper defixit, mirans, quod tandem de Lauretano lapide rescivissent claustris inclu- se Virginis, quod Tridenti quidem præter se, & Episcopum D (is rem summa ope taceri jussit) sciret nemo. Haud dubius ergo totam illius rem divino indicio enunciatum, Domino comperta renunciat. Tum verò ille attonitio similis hæsit animo: inde conscientia idus crebro edidit gemitus. Mox super lectum ubi jacebat, cubito allea se, & manus pariter, oculo- rumque tendens in oculum, manantibus ubertim lachrymis, veniam à Dei parente emixè petere instillit: ignoscere miserico- rors Mater pio erroris ignoscere delictum agnoscenti suum: nihil Lauretana Domus penes se, ipsa invita tutum: Fixum sibi, ac statutum esse extemplo restituere, quod accepisset: nec deesse fiduciam recuperandæ per eam salutis, lapide restituto. Proinde jam ferret, quae ipem fecisset. Nec verò, aut ille suum promissum, aut B. Virgo ejus ipem fecisset. Extemplo Soarius Stellam ipsum, qui attulerat, Lauretum referre faxum illud, & iter maturare jubet. Vixidum ille urbis porta citato excefferat equo, cum Episcopus melius habere coepit. Igitur

alterum protinus cursorem submittit, qui Stellam ad iter quam maximè accelerandum incitaret. Itaque ille mutatis fuidin- E de equis, quietis penè immemor strenuè noctes, dieque currabat; Lauretum pervenire festinans. Dictu mirabile: quò propriis Lauretum accedebat (ut postea temporibus inter se collatis intellectum est) hoc melius habebat Episcopus, ut eodem tempore & Virgini lapis, & salus Episcopo redde- retur. Neque illud carere visum miraculo, quod Stella non magis difficili, impeditoque usus erat itinere sacrum auferens lapi- dem, quam facili, expeditoque usus est referens. Satis constat illum Tridentino Anconam (ea x. v. millia passuum abest Laureto) non toto quatuoriduo pervolasse. Adeo non tam equo- rum celeritas, quam divina quadam vis obsecundabat redcum- ti. Hæc uti à me perscripta sunt, Raphaeli Rierz, qui tum Laureti erat, Stella ipse narravit. Et sanè propter evidentiam miraculi, res est omnium ferme celebrata. Ibid. cap. 3. lib. 3.

SACER LAPIS MAGNO APPARATU.

Concursumque in suo loco repositus celebratur.

Lauretum Stella attigit mense Aprili incuntee, protinus Lau- F rerano Praefidi rem omnem, uti gesta erat, enarra: lapidem argentea, ut erat, theca inclusum cum Episcopi literis tradit. Quæ fama posteaquam ad sacerdotum, qui malè ominati rem tentantibus fuerant, pervenit aures, pro fe quisque fremere, Lauretanam Virginem natalis suæ Domus ultricem, oculos aperuisse: & ne talia post hæc alius auderet, insignie mortalibus documentum dedisse. Ceterum, ubi primò relati tam evi- denti miraculo lapidis fama percrebuit, cunctis oppidanis, advenisque visendi studio concurrentibus ad portam oppidi, replicatio est indicta. Ibi Episcopi Conimbricensis literis (hæc rem totam ordine exponebant) propalam recitatis, insignis miraculo lapis ornatum impolitus fereculo, quanta maxima tum poruit pompa à Praefide, Canonici, Sacerdotibus circumferretur: & prosequentibus amplius duobus hominum mil- libus, in suum reponitur locum. Lapidi duplex ferri retinaculo additum, quod monumentum foret ad posteros, cum temeritate hominum exemptum, Dei providentia retitutum. Ipfius quoque Episcopi literæ ad Pium Pontificem transmissæ, tanquam miraculi testes: quæ hodie, cum aliis literis ad Pontifices pertinentibus, Romæ asservantur in arce S. Angeli, unde nos exemplum habuimus, quod hoc loco visum est in- texere. Epistola igitur totidem penè verbis in Latinum trans- lata talis est. G

Joannes Episcopus Conimbricensis Praefidi Lauretano S. D. D. Dra mea erga Lauretanam Virginem religione, ejus adisti lapi- dem (quod se non fugit) summa ope, operaque curaveram. Ac demum interdicti Pontificii religione solutus à Pontif. Max. impetraram, Cardinale Carpeni Laureti Patrono non invito, Sed Deus, ac Deiparentis haud obsecris argumentis mihi denun- ciarunt, ut ablatum lapidem Lauretum remitterem. Quippe & inustatus morbus prosperam meam valetudinem drovinitus affixit: & priorum, Deoque acceptorum hominum moniti hanc morbi causam esse perpexi. Itaque ego nulla interposita mora, veniam, pacemque precatus à Deo, ejusque sanctissima paren- te, sacrum lapidem per eundem Franciscano Stellam Arietinum sacerdotem meum, qui ihinc cum abfulerat, referendum curavi. Quæ so obsequi, ut remissum, qua par est religio- ne, ceremoniamque recipias, suo reponas loco, und cum eate, que pariter remittitur: Unum oro, ut arcibus argenteis, qui- bus ea continentur, velut testes miraculi afferret ad posteritas memoriam sempiternam. Gratissimum quoque mihi feceris, si Card. Patronem, ipsumque Pontificem Max. de tota re feceris certiores, ut post hæc censuras Ecclesiasticas in Aedis Lau- retanae violatores raras esse, ac sanctas velint, ne quid omni- no illinc in posterum auferatur. Orabis etiam cum istis sanctis sacerdotibus B. Virginem, ut hoc quicquid est, si ve erroris, si- ne culpa elementer mihi condonet. Data Tridenti 6. Id. April. An. M. D. LXII.

Subinde tam certi, exploratique miraculi fama per Pice- num, Italiamque vulgata, loci religionem, cultumque pluri- mum auxit, & maximam undique peregrinorum molem cum donis excivit. Satis constat, intra unius mensis spatium, supra quinquaginta advenarum millia confluisse Lauretum, studio celebrati fama lapidis visendi, osculandique. Nec alia res illa tempestate sermonibus hominum celebrior fuit. Ibid. lib. 3. cap. 4.

A ALII VIOLATORES PUNITI.

Subinde etiam in sacrosancti facelli violatoribus evidens Dei numen apparuit. Anno M. D. LVIII. vir quidam ex præcipua Italia civitate, nobilissimis, & copiosis (nomen & hominis, & Patriæ silentio supprimitur, quia ipse suppressum voluit) Lauretum venit, documentum haud inultam temeritatem talia audientium esse. Hic multis antè annis exiguum lapidem, ex sanctissima Virginis Cella subtractum, domi suæ asservabat omni honore, cultuque. Haud tamen ille cultus celestem lenivit iram. Sed Deo matris suæ injuriam vindicâte, miser ille sacrilegam religionem orbitate filiorum, & amissionem fortunarum omnium luit. Adhæc pertinaci magis, quam pernicioso morbo urgeri, vexarique cœpit. Itaque, ut erat vir cæteroque prudens, ac sapiens, aperuit aliquando oculos: & Deum profecto alicujus sui sceleris ultorem adesse sensit. Cæterum etsi omnia sibi accidere videbat aptè ad representandam iram divini numinis, tamen quo tandem suo merito illa acciderent, non videbat. Ergo ab agritudine simul corporis, animique anxius, omni ope placare nitentur iratum Deum. Sed ira materia apud eum, quamvis ignarem, residens, irrita omnia faciebat. Alia deinde spes, postquam hæc vana evaserat ei affulsit. Lauretanæ Virgini, cui mirè addictus erat, memor, ejus auxilium pariter, & consilium implorat. Nec mora, B. Mariæ monitu dicit, lapidem ex Lauretana domo sublatum causam esse celestis iræ: eamque non, nisi sacro lapide restituito, posse placari. Tum ille obortis lachrymis, religiose, ut crederet, audaciam veniam à Deo, Deiparæ exposcens, desideravit ipsimet referre Lauretum, quod abstulerat. Nec in irritum preces cecidere: hoc quoque, culpam agnoscens suam Deipara indulgit. Exemplo igitur, depulso morbo, alacer pergit Lauretum, faxum restituit, vota persolvit.

Aliud quoque per id tempus huic haud ab simile accidit. Fœmina ex agro Piceno post diuturnum matrimonium, nullos generat liberos. Hæc ejus animus cura angebat maximè, ut undique sterilitatis remedia quæreret. Ergo ait illi, nescio quis mulieris gratiam inturus, nullum remedium presentius ad abolendam sterilitatem, quam Lauretanæ domus reliquias piæ, religioseque custoditas: si quid inde abstulerit, breviam matrem fore pollicetur. Id non promissum magis stolidè, quam credidit. Illa igitur manifesta Dei ultoris ira, ablatum inde lapidem cum febris domum retulit: & agritudine corporis animum urgebat, adeo non vehementer febris astu, quam conscientia jactabatur. Nec prius ex jactatione illa conquievit, quam Laureto Sacerdotem accivit, & lachrymas poenitentis indicæ profundens, ablatum reddidit lapidem. Poenitentiam valctudo, non tantum venia est consecuta. Magno etiam Illiycis mercatoribus similis audacia fletit. Hi coempto ex Picenibus frumento, faxum ex Deiparæ Cella surreptum clam in onerariam abdidit. Cæterim, ut fallerent homines, sacrilegii vindicem Deum non fecerunt. Profectos ex portu atrox vis tempestatis subito adorta in ingentem adduxit metum: & trepidos vasorum, merciumque jacturam facere coegit. Haud procul exitio res erat, cum Deum parentis suæ ultorem adesse senserunt, & flentes, tendentesque in cœlum manus, veniam pariter orare cœperunt. Placato precibus, ac lachrymis Deo, mare quoque placatur. Illi periculi erepti retro iter flectunt, ad Lauretam appellunt: lapidem Virgini restitunt. Prospero inde cursu in Dalmatiam provehunt. Peregrinorum quoque nonnullos, qui aliquid indidem seu lapidis, seu calcis abraferant, abeunte morbus, velut divinae providentiæ lictor corripuit, nec ante eos dimisit, D quam regressi cum lachrymis, & confessione temeritatis suæ ablata Deiparæ reddiderunt. Ibid. c. 30.

Cæterum his, quos religionis species deceperat, leniorem se divina severitas præbuit: Aliorum, quos avaritia in fraudem impulserat, audaciam gravius vindicavit. Per eadem tempora nonnulli Lauretanæ Domus ministri, ex composito sacros thesauros comparant, quos à compilatoribus tutari debebant. Sed celeriter Deus infandum sacrilegium debita poena est persecutus. Jam res omnes in pavim conditas, occulta asportabant fuga, cum agri Piceni oram prætervectos adversa tempestas rejecto eò, unde confecerant. Itaque in Recinensium potestatem delati, in manifesto scelere deprehenduntur. Nec mora, prodendi exempli gratia, ne quisquam in posterum talia auderet, pro Æde Lauretana suspensi, nefarium sacrilegium fœdo supplicio luunt. Verum fallendi spes alios ad simile facinus subinde pellexit. Haud ita multo post

facinorosum hominem cupido incesit sacrosancti facelli fur-tim expilandi. Is igitur sacrilegi conatus socium idoneum nat- dus, ferramenta parat, quibus valvarum, & arcæ nummarie fores aperiat. Omnibus in eam rem paratis, intra Virginis se-pta solerter occulit se. Inde nocte concubitus sacrilegium exe- quens, sacra dona aurea, argenteaque congerit unum in lo- cum: mox arcæ, & facelli foribus patefactis, templi quoque valvas molitur. Tandem his quoque refractis, circumspicere cœpit, quarens oculis adiutorem sceleris, qui in templi vesti- bulo (sic enim convenerat) illa ipsa hora præstò esse debeat, sacra dona, nummosque in destinatum locum abditurus. Ecce sibi dum intentius circumspicit armatorum agmen (eg- lectum manum ante Ædem Virginis excubantium fuisse, cre- ditum est) adesse cernit. Quorum inopinatus aspectus tantum illi terroris incussit, ut clausis properè valvis, abderet se, ta- tus caput suum ab illis peti. Cæterum, infelix perfunctus (ut credebat) periculo, stimulantem avaritia rursus audere cœ- pic. Igitur cum iterum, ac tertio patefactis templi foribus so- cium sceleris quæreret? semper ei celestis illa manus infestis occurtebat armis: ac trepidum effusa gressu compellebat in tem- plum. Ita per spem, metumque nocte absumpta, tandem de sa- lute magis, quam de præda sollicitus, irritò incepto, abire statuit. Jamque apparente aurora, per averfam templi por- tam capefsebat fugam, cum cœlestium excubiaturum, quas di- ximus, occurru territis, in sacrosanctam Cellam fugit. Ma- nebant adhuc manifesta sacrilegii incepti vestigia, ut qui lo- cus facinoris testis fuerat, etiam index foret. Supervenientibus igitur sanctissimi facelli custodiibus, valvæ refractæ, fa- cra dona congesta, haud levisus argumentis illum suspectum sacrilegii fecerunt. Nec mora trepidans, conscientia nois prodentibus conceptum nefas, comprehenditur, quæstione habita rem omnem confetur: cum sceleris conficere merita poena afficitur, haud leve divinæ providentiæ erga res Laure- tanas documentum. Ibid. c. 31.

ALIA EXEMPLA PUNITIONIS IN ILLOS INFLECTÆ

A DEO, QUI LOCA B. VIRGINI DICATA

VIOLARE AGGRESSI.

Deportantibus Dei matris inelyta mortuum corpus Apo- stolis, historiae produnt, Hebraum quandam, diaboli furo- re, feretro sanctissimo impias, & sacrilegas manus afferre con- antem, brachia, & manus amissit, cum vero angustio, deserto- que scelere, virginali tabernaculo armarioque celestis fidei G- cta membra supplex amovisset, ad pristinam tan sanitatem, tum integritatem reddiisse, fortemque eandem, & mitem virgineam manum persensisse. Damasc. orat. de dormit. virg. Simeon Metaph. orat. de ortu, educat. orat. decessu Ma- ria.

Vir quidam opibus, & nobilitate præstantis, sua verò sorte non contentus, in villam Christi matris cultui dedicatam, atq; devotam, cui Domnolus præerat, præcelsos antistes furenter invaserat, & eam sibi cum summa Ecclesiæ pernicie, ac civium offensione vindicavit. Sacrilegum hunc tyrannum Domno- lus, ut respiceret, sibi caveret, & ad frugem se recipere, ad- monebat: ut nihil agi videret, ad Deum se converterit orandum, utque divinum suum numen ostenderet, extoravit, nefariamque hominis audaciam accusat, qui bona olim ad expiationem ani- marum Ecclesiæ fidelibus donata, & tributa, & rapere ausus esset, & reddere appellatus, rogatusque renueret. Interim sa- crilegus divina animadversione febrem patitur, cujus vi, atque æstu sine ulla intermissione jactatur. Nihil sanior effectus, ab- lata retinet, neque fertilis villa possessioe cedit. Cuique fe- bris arderet, & lecto affixus teneretur, nocte quadam præ- tentis Dei Matrem, cujus res, & bona usurpaverat, irruentem vidit, quæ ferreo malleo, cum gereret, pertinacis reguli frontem vulneravit: Ille nimio terrore concussus confestim S. Episcopum misit, qui rogarent, ut queque ex rebus D. Ma- riæ, Deo, sanctique Gervasio, ac Protasio dicatis ablata ef- sent, cum sœnore, & incremento reciperet, se reddere velle quæprimum. Neque tamen prius convulvit, quam præsens Domnolus, quæ erepta erat, conduplicata recuperans, pro- agrotante preces effudit: Sed vulneris tamen in fronte accepti, ad rei memoriam, eruditionemque multorum, quoad divites ille vixit, impressa vestigia remanerunt. Sur. in vita S. Domnoli Episcopi Cænoniensis, de vit. Sancti. Mai.

Templum erat in urbe Turonensi S. Mariæ Virgini, ac divino Christi percussori dicatum, ubi perjurii divinitus ple- tæban-

stebantur. Quidam enim, qui pejerandi animo in Ecclesiam venerat, simulatque ad Virginis Aram assilens manum su- stulit, ut iustitiam mendax pronuntiaret, retrò labens ita si- caput ad pavimentum supinus affixit, ut vix vix spes ulla si- peresset. Cum autem recreatus, atque erectus ad se miser homo redisset, perjurii scelus, quod occultarat, patefecit, & ad Dei, Mariæque Matris gloriam pervulgavit, Gregoriusque Turon- ensis hujus author historia, quodam Turonensibus vidisse se ait, qui in illo eodem loco, iustitiam religionem, & testi- moniis sanctitatem violantur, haud impunita quidem audacia, quandoquidem omnes intra anni curriculum vivere, atque au- ras inficere deserunt. S. Gregorius Turonens. l. in gloriam plur. mart. c. 19.

In S. Vincentii monasterio, ab eo loco non longè, cui Pe- tra Petrus nomen est, fratres unanimis lege lata sanxerunt, ut cum Pontificis, ex Brevariario, ut vocant, præcationibus horariæ Beatissimæ Deiparæ preces dicerentur. Cùmque id to- triennio sanctè, integreque servassent, perditio culdam Mo- nachi, qui Gazoni nomen fuit, loquacitas impia, ut Virginis ad omnes horas preces tollerentur, evicit: at tamen de cœlo vindicta tarda non fuit, rapinas, depraedationes, incendia, B monasterium tum fervorum tum administratorum cades im- moerens. Itum est ad Germanicæ Imperatorum, qui maleficia cocerent, & à facinorosis penas repeteret, irritò eventum. Consulitur Petrus Damiani, vir illa ætate, ut sapientiss. ita sanctissimus, qui merito illa passos esse respondit, quò im- peratricem pacis, ut illius verbis, abjessent. Mox in ter- ram nuncios corruentes, beatissimæ Virginis Matrisque lau- des nunquam se in posterum omifuros receperunt, quibus re- stitutus sequuta pax est, & monasterii alta vix securitas. Ep. ad Thomam Claudiopolitanum Episcopum. Ex scriptis Petr. Damiani, & ex Anton. Florentis Archiepiscopi. 2. part. tit. 16. c. 8. sed. 1.

Impius, detestandusque Nestorius, qui sanctissimam Virgi- nem Dei esse Matrem inficiabatur, blasphemiam penas solvit, & iustissimo Deo esse iudicio damnatus horribili est absumptus interitum. A Theodoro Junio Antiochia (ubi Presbyter, concionator, & ecclesiastes erat) Constantinopolim voca- tus, & illius inelyta urbis Patriarcha delictus, non so- lum eloquentia, qua valebat; sed etiam castitatis, & conti- nentiæ famam collegerat: Sed postquam virum effudit, im- maculatamque Virgini bellum nefarium indixit, à religioso

C Imperatore proscriptus est, exiliis multatus. Hoc supplicio quod mortis instat putabatur, nihiloque melior effectus, er- rorem, vel furorem potius minime deponerat. Quamobrem Dei unigenæ filius, à sua parentis improbissimo, ac turpissi- mo vexatore debitas penas repetivit, & læpensi Judio Con- cilli (quo ejus perfidia damnata est) divinum, ac cœlestis sub- scriptis, fuoque quasi calculo Deus sacrosanctæ Synodi decre- tum approbavit. Neque enim satis esse debuit, tam tertium, & immane monstrum à beatissimo Patrum cœtu reici, ac exterminari, sacerdotis honore, & Constantinopolitano Epi- scopatu spoliari, à Christiano Principe quater in exilium relegari, à bonis omnibus quasi pestem exitalem devitari, sed & proacellissimæ lingua, quam toties in D. Matris inju- riam, contumeliamque vibrarat, penas moribundus me- ritas dedit, ac vitam miserrimo fine terminavit. Si quidem horridi vermes subitò miseri, & scaterè sunt viti, qui bla- phemiam, atque sacrilegam Nestorii linguam morientes, velut agmine factò, roserunt, atque ita consecerunt, ut nihil omni- no superesset. Corpus quoque in sepulchrum illatum, terra ipsa devoravit, ut apud inferos unà cum secleratissimo illo animo torqueretur, & temulentissimæ penas infaniam multò D antè dependeret. Veribus linguam exeam fuisse Nestorii Evagrius scribit, & ab amanuensi ipsius Nestorius se accepisse confirmat. Porci hujus putruisse corpus Theodorius lector as- severat. &c. Sac. lib. 7. N. cœpb. lib. 14. cap. 36. Theod. lib. 4. ber. fab. Paulus Diacon. lib. 18. rerum Rom. Canif. de B. Virgi- ne. l. 5. cap. 20. Bredemb. lib. 2. cap. 9.

Dynastæ Scheirensis, tanta nobilitatis, ut Bavarie Prin- cipes multos procreant, insigni pietatis laude commendantur. Quod enim in ipsorum ditione erat præstantis, admirandumque castellum religionis B. Virginis dicata verunt, monasterioque constructo, quod etiam nunc apud Bavaros extat, gentis, ac fa- miliaris non modo sepulchrum (hamanum illic Bavarie proce- res) sed etiam monumentum reliquerunt. Cùm enim illo, qui familiaris ducebat, quinque reum fine controversia legitimus possessor erat, extincto, atque mortuo, multi hæredes de Schei- rensi castro dubia lite contendere, divino agente spiritu suo quisque jure cesserunt, & beatissimæ cœli Regine castrum il- l. B. Theat. vit. Hum. Tom. V.

Iud libentissimis à nimis obtulerunt, uno excepto (Duce) Ar- noldo; quem Bavarorum vulgus infelicem appellat, cum in- fandum dicere debuisset, qui, quod malo demone familiari- ter ureretur, suæ partis eum confortem facere nitentur. Non multo post dæmon amicus gratiam retulit, eam scilicet, quam sibi devotis reddere contulerat. Vivum enim vestitum, sospi- temque corripuit, & in lacum monasterio vicinum deturbavit, unde nunquam est visus emergere. Eo igitur de medio sub- lato, rata cæterorum donatio fuit, & hæreditas pervenit ad Virginem, quæ suos remuneratur amatores, & ex orci fau- cibus ereptos ad illam vitam perducit, quæ nullis fimbis ter- minatur. Tribem libro de origine gentis, Principum que Ba- varie.

Placentiæ cùm in taberna luderet quidam, testeraque ja- ctus minus prosper, ac felix cecidisset, gloriosissimo Mariæ ventri, ubi Christus salus nostra delituit, impudentissimus alea- tor obstrepuit, ad nefariamque vocem, qua virgineum uter- rum diris, execrationibusque devovet, subita morte prostratus descendit ad inferos, quem locum illi incolunt, quos à se Christus bonus pastor segregavit, ac furis ultricibus, damo- nisque permissis in omnem æternitatem cruciandos. Vinc. Bel- vac. part. 2. spoc. bish. l. 8. c. 104.

Matrona quadam tum pia, tum nobilis, Cisterciensi fami- liæ prædia donaverat, quibus in S. Mariæ Virginis honorem edificata domus est. Cùm verò post matronæ fundatrici obi- tum quidam se bonorum illorum legitimus esse Dominos pro- fiterentur, Cisterciensibus molestissimi esse cœperunt. Duce Henrico, qui omnium acerrimè monachos agitabat. Sed ta- men Dei matris ope, quæ cœnobio præsidebat, effectum, ut non modò præda illa non vitetur, ut suis etiam fortunis everfus vitam gereret infelicem. Alter eorumdem bonorum cu- pidus, & monachorum illa de causa vexatoria suo occisus ser- vo temeritatis, & audaciæ meritas pendit penas. Tertius ad hanc eandem prædam advolans, & anhclans in ipso cursu mi- serissimus occidit, ac medius crepuit, ut, qui Judæ proditoris imitabatur avartiam, Judæ supplicium pateretur. Hanc me- morabilem ultionem, cùm quidam ex competitoribus vir & nobilis, & benè cordatus audivisset, in templum Virginis ve- nit, & hæc ubi verba fecit: Domina mea, spes mea, portio mea, sint tua tibi, ego juri meo cedo, & quæ me pars atin- git, si forte attingit, eam ego partem libenter adjudico.

At verò post tot exempla Dynasta quendam, cui Vvil- helmo nomen fuit, uxoris infinctu, quæ se bonorum illorum G jactabat hæredem, sua ipse auctoritate agrum omnium opti- mum occupavit, ac monachis, omnia jura hæc lege tenentibus, gravissimum tum rapinæ, tum contumelie vulnus infixit. In- terea religiose quidam sacerdos in visum dedit, quæ pœna rap- torem, sacrilegumque mactaret, cumque proinde monuit, ut mature respiceret. Ille, culpa uxore, aliena retinere, mo- nachis negotium exhibere perseveravit. Romani Pontificis feve- ro diplomate, ac litteris appellatus, rem diutius quam par esset, extraxit. Interea dum cutores ultro citroque commeat, ac de pace cum Vvilhelmo frustra contenditur, deque agro red- dendo nequiquam laboratur, religiosus quidam, Joannes nomine, in somnis Virginem quærentem audivit, atque ita dicentem. Hinc me commigrare necesse est: rogante hoc ip- so, quo ibis domina? filium meum, inquit, de Vvilhelmo conquestura, qui me hoc in loco quietum esse non sinit. Post- ridie mane, visionem Joannes cuidam Vvilhelmi famulo patefecit, & Dominum citò moriturum significavit: irrisit fa- mulus, sed irrisisse nosset, quippe qui altero pede truncatus, despicientia penas persolveret. At Vvilhelmus dum in se- creto quodam nemore (visum manu tenens) volucres aucupa- tur, à duobus Comitibus Senensis administris, quibus unius ca- putivi prædam extorqueret conabatur, lancea transfixus cœ- stum expiravit: uxorem malorum causam privignus quidam, ex bonorum omnium possessione, cum liberis, quos ex tyran- no Vvilhelmo susceperat, præcipitem exturbavit. Ita Cister- cientes gloriosa Virginis Deiparæ meritis, ac patrocini cun- cta pacifice possederunt. Casar. Monachus Cisterciensis l. 7. dial. cap. 7.

P. Ioan. Bonif. l. 2. Virg. hist. c. 2. Ex historia, ut creditur Bra- A uenus monachi.

* EPITHETA ET TITULI ILLUSTRIORES, QUIBUS TAM GRÆCIS, QUAM LATINIS PATRES VIRGINEM BENEDICTAM CELEBRARUNT.

Non intendimus præfenti loco proluxa in medium proferre veterum Ecclesiæ Doctorem testimonia, panegyros, sermones aut alia huiusmodi, quibus eximium suum erga Dei Matrem adfectum, cultumque ostendere conati sunt, cum iis recensendis vix plures libri sufficere possunt: sed succincta quadam Epitheta scriptis eorum inserta de prompimus, que singuli ad exornandum Salvatoris nostri thalamum, & novi Testamenti Arcam, ut olim fecisse Hebræos iuxta cuiusque facultatem, ad fabricandum Arcam Propitiatorii veteris constat, contulerunt, eique ceu gratuita piz, ac devota mentis dona obtulerunt.

In primis Methodius Martyr celeberrimus, Olympii, & postea Tyri Episcopus, Mariam vocat Fidelium faciem; incircumscripti circumscriptiorem: speciosissimi floris radicem: Creatoris Matrem, Nutricem omnia nutriendis: Comprehensionem omnia comprehendendis. Gestatricem verbo suo unitam versam portantis. Purificantis carbonis forscipem. Bethlechemicam cisternam Davidem refocillantem. Humanitatis Filii Dei fontem. Dei indumentum. Glorificatam, Deoque dignam sedem. Dilectionis thesaurum. Spiritus sancti umbraculum. Humanæ festivitatis principium, medium, & finem. Pretiosam caelestis regni Margaritam. Uberrimum totius Sanctitatis fontem. Animarum Altare. Panem vite Divinæ, charitatis promptuarium. Spiritus sancti umbrosam montem. Method. in orat. habita ob Hypapant. Dom.

A Rupertio Abbate lib. de oper. Spiritus S. c. 8. l. 8. in Cant. vocatur Dei Patris sponsa. Sanctæ religionis magistra. Virtutum operatrix. Magistra magistrorum.

Ab Origene, Ecclesiasticæ scholæ apud Alexandrinum principe, nominatur caelestis domus immaculata, Caelestis thesaurus Deitatis, vel (ut alii legunt) veritatis.

A Chrysostomo vero, Columba in medio accipitrum. Ovis in medio luporum, Stella in medio nubium. Liliium in medio spinarum. Germen iustitiæ in oppido iniquitatis. Hom. 2. de patientia Job. & in sua Liturgia.

A S. Ignatio martyre, ut refert Marc. Michael Presb. Corton. l. de viror. illust. variis nominibus indigitatur, vocaturque placida, & officiosa Magistra penitentis. Animarum Dei templum. Anchora, portusque tutissimus. In bello versantibus munificentissimum propugnaculum. Et in Epist. ad Ioannem Evangelistam, Sacratissimum monstrum, & caeleste prodigium.

A S. item Bernardo variis titulis decoratur. Benedicti Seminii augustia parens. Magnificum diuinæ Gloriæ templum. Regis æterni palatium. Thalamus immaculatus. Regina Cælorum, Mariæ stella. Vitæ genitrix. Inuentrix gratiæ. Domina mundi. Parentum reparatrix. Posterorum vivificatrix. Lignum vite, quod solum fuit dignum portare fructum salutis. Via regia, per quam Salvator advenit. Omnibus firmamentis firmus firmamentum. Tuba. Terra lactis, & melle manans. Ovis. Navis in medio mari. Apotheca. Rosa. Margarita. Sermon. 1. de ad. adventu Domini, & serm. 2. in die Pent. & serm. 2. Adu. & super Salvæ Regina.

A D. Cyrillo Alexandrino coram gravissimo Patrum cœtu & in Ephesino templo Deiparæ dato, Maria compellatur. Eximium universi terrarum orbis decus. Lampas inextinguibilis. Virginitatis corona. Recta fidei sceptrum, & norma. Templum inviolatum. Ecclesiæ fundatrix. Hom. 6. contra Nestor. A Damasceno. Verbi mater Paradisi refectrix. Dulcissimum Annæ pignus. Fons perenniter fluens. Paradisi delicia. Fideium turris. Orat. de dormit. Virg. & in car. Eccles.

A Chrysippo Presbytero Hierosol. Solis ortus, qui nullum potest ferre oceanum. Fons lucis. Armarium vitæ, Totius fragrantia prærum. Vitæ uvæ pulchras producens. Radix omnium honorum. Sermon. de Maria.

A S. Andrea Hierosolym. nominatur, Sancta tellus, ex qua novus Adam formatus est. Sacrum Dei fermentum, ex quo Christi corpus tanquam panis conficitur. Mirificus ager, ex quo caelestis agricola suam sine femine spicam eduxit. Lætitia instrumentum. Ornatissimum diuinæ gloriæ templum. Cælum, in quo sol gloria splendet. Domicilium cælo præstantius. In explicat. salutat. Angelice.

Ab Andæa vero Cretenf. Christianorum propugnatrix.

Omnis sanctitatis thesaurus. Declaratio oculorum, & profundorum. Divina incomprehensibilitatis summa. Divinorum oraculorum divini archetypi imago. In Encom. de dormit. Virg.

Ab Eschbio Hierosolymitano: Cathedra non inferior. Cathedra Cherubica. Arca latior, longior, & illustrior. Arca Noe. Trinitatis complementum. Sermon. 2. de Deipara.

A D. Augustino, nominatur Vitæ parens. Vitæ advocata. Totius Trinitatis vivum tabernaculum. Humani generis operatrix. De fid. ad Petr.

A S. Fulgentio: Fenestra cæli. Scala caelestis. Fæminarum restauratio.

A B. Laurentio Iustiniano: Delinquentium spes. Sanctitatis speculum. Fæderis Arca. Fidei magistrum. Sermon. de Nativitat. Maria.

A S. Anselmo: Cæli, & terræ summa Domina, & unica Dominatrix, super choros Angelorum exaltata. Lib. de excell. B. Virg. c. ult.

A S. Athanasio, Regeneratrix, & Hera. In Evang. S. Deip.

A S. etiam Epiphano his nominibus appellatur: Clibanus intellectualis, qui ignem, & panem vite calidum mundo in fœsum attulit. Mensa virginea optimis quibusque cibis abundans. Splendida lucerna relucens. Candelabrum aureum. Purpura regia, qua cæli, & terræ Regem induit. Liber incomprehensus, qui verbum Patris mundo legendum exhibuit. Vitis veritatis fertilissima, & non vindemiata. Sermon. de laud. Virg.

A S. Ephrem, Ecclesiæ Edesene Diacono ita nominatur: Patrum spes. Gloria Prophetarum. Apostolorum præconium. Martyrum honor. Salutarium læticia. Lumen studioforum. Carta divinissima. Solorum mundi. Orphanorum suscepcio. Præstantissimum orbis terra miraculum. Præf. de laud. Mariæ.

A S. Gregorio Magno Mons in vertice montium. Lib. 1. in expos. in cap. 1. l. 1. Regum.

A S. Chrysologo: Mater viventium per gratiam. Sermon. 140.

A S. Irene: Salutis causa. Lib. 3. cont. hæres.

A B. Damiano: Totius salutis exordium. Sermon. 2. 3. de nat.

A S. Timotheo Presbytero Hierosolymitano Signum contradictionis. Orat. de Prop. Simeon.

A S. Hieronymo, Lucida nubes. In Psal. 71.

A S. Germano Patriarcha Constantinopolitano: Virgo illustris: Cælum, & Sedes Dei. Omnis puritatis receptaculum. G. In Ps. 44.

A S. Sergio Patriarcha: Tenebrarum expultrix. Immortalitatis fons. Corruptionis interitus. Receptaculum divinitatis. De nat. Mar.

A S. Proclo Episcopo Ciziceno his epithetis decoratur: Impollutus, & purus illibatus. Virginitatis thesaurus. Decus, & ornamentum secundi Adam. Paradisus. Unitarum inter fe naturalium officina. Pons, per quem Deus ad homines descendit. tom. 1. conc. Eph.

Ideofonsus vero multis, ac variis nominibus Mariam exornat, illud tamen singularissimum addidit, quod ut perpetuum illius virgineam integritatem declararet, vocavit eam, æternitatem Virginitatis. Epithetum sanè omni acceptione dignum. l. de Virg. Mar.

A S. Antonino vocatur Virginum primiceria. 3. p. Sum. tit. 15. Dionysius Ricbelio: Singulare perditurum refugium. Advocata omnium iniquorum ad ipsam confugiendum. Maria Christifera. l. 2. de laud. Virg. art. 15.

A Giselberto D. Antelmi discipulo nuncupatur. Mater matrum. Virgo virginum. Stella stellarum. Sacratum Spiritus sancti. Virgo florentissima, vita, & moribus præcellentissima.

Ab Innocentio Papa, Angelorum imperatrix. Virgo dulcis, & serena appellatur. in hymn. B. Virg. referatur à Can. l. 5. de Deipara. c. 27.

Accendant B. Damianus, & S. Gregorius Nazianzenus vocant B. Virginem Deam, non quia Deitatem habeat, sed quia inter omnes puras creaturas præstantissima omnium Deitatis imago sit. Damian. serm. de nat. Nazianz. orat. de Christi parva. Verumtamen est, quod cum sermo habetur cum insipientibus, & rusticis, melius est à Deæ appellatione abstinere, ne alicujus erroris insam illi fument. Unde Petrus Cluniacensis, quem D. Bernardus valde prædicat, non suo tantum, sed totius Ecclesiæ Catholica nomine, quam defendit, ait: Damnat Ecclesiæ Collyridianos Mariam pro Deo colentes, & quod illam loco numinis adorandam esse putant. Hæres. 79. cont. Collyridian.

SCRIPTORES.

Qui B. Virginis laudes, & encomia tradiderunt.

Post veteres Catholica Ecclesiæ Doctores, qui Virginis Deiparæ laudes, & encomia lucubrationibus suis infererunt, ceu gemmas quasdam, que aliis eorum scriptis pretium addant, & ornatum, junctæ inter illos non infimi Anselmus, Epiphanius, & Joan. Damascenus, Greg. Nazianz. August. Chrysostomus: extiterunt cum mediæ ætatis, tum recentiores non pauci. Primus debemus Bernardo, summo & nominis salutaris, & Mariæ cultori, & admiratori: Thomæ etiam Aquinati, Bonaventuræ, Antonio, Ildesonso, Bedæ, non inferiora debentur. Ex recentioribus Petrus Canisius integrum volumen edidit de laudibus Deiparæ. Scripsit de eadem Petrus Damianus, Rutilius Episcopus Joannes à Tyrrecremata, Bernardus Bassensis, Salvaticus, Petrus Galatinus, Bernardinus à Busto, & copiosè etiam, ac pie Joannes à Cartagena, Justus Lipsius, Martineus Oliverius, Joannes Bonifacius, qui Virginitatis historie plures edidit libros: Laurentius Surius, Franciscus Arias, & Joannes David. Laurentius Beyerlinck in suo promptuario morali. Denique omnes, qui sacras conciones vulgarent, quorum numerus defuncti vix potest.

* Maritus.

A Mare didus, quasi vir, sive mas uxoris. Quare illius officia in Loco de Oeconomia. Tit. Oeconomica societatis. Item ex Loco de Amicitia. Tit. Amicitia conjugalis, multa in hanc rem annotantur, que bus poterunt transferri. Denique ex Loco de Fide, sive Fidelitate, Amore, Cruelitate, Perfidia, etiam pleraque hunc locum explicabunt.

MARITI VIRTUS UXORIS ORNAMENTUM.

Vir in uxorem imperium, veluti animi in corpus esse oportere, olim dicebat Plutarchus: eandemque in illis, veluti in his nature conjunctionem. Ac veluti hujus ornamentum est, animus, ita illius vir. Testata hoc prætergo, ac memorabili testimonio Philonis conjux: que interrogata, cur non, ut mulier genus nonnullis compta, & vellum varietate ornata incederet, prudenter, & supra mulierem respondebat: Potissimum pudicæ uxoris ornamentum, vir bonus, & sapiens. Non minus sanè eleganter, quam illa Phocionis Probi: cui semper in ore, Meus mundus sunt præclara gesta mariti. Eumulami hæc, o matronæ, quas spreis his ornamentis, de quibus verè vobis gloriandum, vanis, & ad pompam duntaxat exteriorum desinatibus lenociniis inbrætes. Ex Anton. Sermon. de muliere forti. L. Beyerlinck in Apop. Eugenia Philippi filia.

Vide Conjugium, & Bonus vir. De Fæmina quadam sic luit Sabinus. Pauperis uxor erat, sed honesti civis: ad illam Vestibus, & gemmis splendida venit Anus. Cujus sacrilega ditatus fraude maritus, Turpiter immensus accumulavit opes. Hæc ait: En quantum sum doctæ splendida cultu, Tu quid inopi inopis conjugis uxor habes? Opportuna dedit verbis responsa modestis. Pauper honorato FRÆMINA juncta seni: Te decorans Thyia vestes, gemmæque nitentes, Fama boni decorat me sed honesta viri.

Ex Epigram. Sabinii. Idem ibid.

* Marmor.

Loca varia marmorum. Vide in Loco de Lapide. Tit. Locus marmorum, &c.

Varia marmorum genera Plinius recenset, l. 36. c. 7. Communiter accipiuntur eadem à colore, maculis, duritie, loco proprio. Ita alium marmor Parium dicitur à Paro insula, quale & in Liguria olim Lumentium lapidicinz dederunt.

Aliud Lucanicum, quod est viride, & cunctis hilarius.

Aliud Luculleum, quod sere ætatis erat, quod delectatus Lucullus illi nomen indidit.

Aliud Ophites, à maculis serpentum, quibus distinguitur. L. B. vit. Human. Theat. Tom. V.

URI, EJUSQUE GENERA.

Loca varia marmorum. Vide in Loco de Lapide. Tit. Locus marmorum, &c.

Varia marmorum genera Plinius recenset, l. 36. c. 7. Communiter accipiuntur eadem à colore, maculis, duritie, loco proprio. Ita alium marmor Parium dicitur à Paro insula, quale & in Liguria olim Lumentium lapidicinz dederunt.

Aliud Lucanicum, quod est viride, & cunctis hilarius.

Aliud Luculleum, quod sere ætatis erat, quod delectatus Lucullus illi nomen indidit.

Aliud Ophites, à maculis serpentum, quibus distinguitur. L. B. vit. Human. Theat. Tom. V.

tur, nomen accipit. Aliud Porphyrites, quod est, rubrum, candidis intervenientibus punctis, quod & Leuotificos vocatur.

Basaltes ferrei coloris, & duritie, unde nomen mutuatur. Onychites ex Arabia montibus est, ex quo vasa potoria in Germaniam afferuntur.

Alabastrum quoque candidum cavare solent ad myrothecia, quoniam unguenta incorrupta servare creditur. Marmorum inscripcione Laudati. Pete ex Loco de Honore.

Tir. de præclar. Testimoniis. Sculptores ex Tir. operæ Mechanicæ, considerat a secundam instrumentum. MARMORARI, ex loco de Mechanicis opificibus in initio.

Martyrium. Martyres.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Martyrium dictio Græca est, martirion, est idem quod testimonium. Unde martir, Testis Hebraicè Hch, à verbo Hchh, quod etiam significat testem: estque hæc generalis usurpatio vocis. At apud Ecclesiasticos Scriptores accipitur pro testimonio veritatis fidei, vel alicujus virtutis per mortis tolerantiam, nimirum cum quis mortem subit pro veritate, aut opere virtutis.

Hoc autem dupliciter fieri potest. Primò cum actu aliquo, quo propter finem illum mors acceptetur. Quomodo fit in adultis: estque hoc martyrium formale, sequitur enim ex intentione testificandi. Secundo absque ullo actu, sicut in parvulis propter Christum occisis, quos Origenes vocat martyrum pro Christo occisorum flores, & primitias; quamvis eorum martyrium potissimum sit materiale: aberat namque intentio, & voluntas testificandi, quia tamen mors illa inferebatur propter Christum, testimonium, quod nondum poterant sermone, perhibebant passione, & sufficit causa testimonio, licet non eloquio distingatur: ut pulchre ait Aug. serm. de Stella, & Magis, apud Cyprianum. Unde Deus illum mortem acceptat instar formalis martyrii. Vide Aug. l. 3. de l. arbit. c. 23.

* CUIUS VIRTUTIS SIT ACTUS.

Communior sententia Martyrium definit esse eximium actum fortitudinis, etiam si solius charitatis, & fidei affectu subeatur. Versatur enim in excellentissima fortissimi fortitudinis materia, nempe periculis maximis, idque pro fidei, & veritatis defensione. S. Ambros. l. 1. Offic. cap. 41. fusè ostendit, fortitudinem plus in tolerando, quam in vincendo consistere. Idem profecquitur eleganter Chrysost. Homil. 85. in Matth.

* REQUISITA.

Ad Martyrium materiale nihil exigitur, quam ut in odium Christi, aut veræ Religionis inferatur, ut diximus de innocentibus pro Christo occisis: & magis obinet de parvulis baptizatis.

Ad Martyrium adultorum requiritur primò, ut mors irrogetur in odium Christi, aut Christianæ Religionis, aut propter opus virtutis alicujus. Est namque martyrium opus externum quo testificamur de Christo, doctrina illius, aut virtute aliqua; hinc August. conc. 2. in Psal. 34. Martyrem non poena facit, sed causa: poena enim latroni, & martyri communis est, quòd unus è duobus, qui pendebant cum Christo, latronibus significavit, quod alterum blasphemantem increpans, dicebat: Neque tu times Deum qui in eadem damnatione es, & non quidem iustè: hic autem quid fecit?

Secundo exigitur mortis acceptatio ob causam honestam, & piam; quamvis consensus actu presens non sit necessarius, si sufficit præcessisse, nec esse revocatum. Debet autem hic actus aliquo modo esse supernaturalis, seu ex motione Spiritus sancti, quia solis naturæ viribus non potest quis producere opus tam heroicum ad salutem necessarium. Causa autem pia movens ad acceptandum, varia esse potest, nempe præceptum divinum, dignitas fidei, exemplum Christi, ædificatio proximi, spes beatitudinis, horror inferni, aut similibus. Tale exemplum habes in Eleazaro l. 2. Machab. c. 6. & aliorum alibi, qui propter vitam æternam, temporalem promptè amiserunt. Quamvis verum sit ex actu charitatis hanc acceptationem procedere: sive ut S. Thomas loquitur, imperari à charitate.

Tertiò requiritur, ut Tyranno non resistat. Unde milites in bello occumbentes pro martyribus non habentur. Exemplar martyrum Christus cum pateretur, non comminabatur. Qui enim resistunt, videntur mortè pati necessitate, non voluntate.